

De diuinatione

istis nullum apparet phantasma prodeunte ve
ro etate nihil incoueniens est apparere somnia p
mutatione em aliqua facta vel fm etatem vsq
passione necessariu accidere p trarietate hanc.
Nec psequer soluit quada dubitatem i principio libri
mora. Et sunt alii hoies q aliqui somniar z aliqui no
Vel vry oes hoies somnio coicet aut sint alii hoies qui
nunq somniar. Respondet pbs q vif sunt aliqui hoies
qui in tota vita sua nullu somniu viderit illud tn pringit
raro licet accidat. alij vero sunt hoies pfeuerantes in som
nio vsq ad fine vite sicut accidit ill q hnt cerebrū vacuū.
alij vero vt iam multum puectis etate et antiquis acci
dit somniare cū pbs non somniauerūt nec somniu vide
rūt. Ratio pūm accipi per simile. qz sicut in illis q post
ebum dormiunt et in pueris non fit somniu ppter mul
tum motum euaporatiōis ascendētis ad cerebrū qui
impedit apparitiōem phantasmaris in somno sic etiā ra
tionabiliter accidit in illis in quibz in tota vita ascendit
multa euaporatiō et illa euaporatiō iterū deorsum lata
causat multos motus. et ergo illis nullū apparet i somno
Ratio secūdi est qz nullum est inconueniens istis appa
tere somnia facta pmutatiōe fm etate vel fm passionem
aliquā quare necessariū est illis accidere hāc p trarietate
scz somniare et nō somniare qz pnt in iuuentute esse mul
te euaporatiōes que impediunt somniu ita duz q ille nō
sunt in senectute

Queris. Utrū definitio somnij in textu po
sita sit sufficiens et bona. Dm q
definitio somnij debite exposita est bona. qz sensus defi
nitiōis est q somnij est phantasma q dcaz in somno. i.
apparitiō phantastica facta in somno vel in eo q dormit
Et ponit apparitiō loco generis. Scz phantastica ponitur
ppter apparitiōes sensui exteriori. Et solet addi pmi
sensui ad excludendū apparitiōes intellectuā qz som
niu solū est passio pūm sensui et causat solum ab ipso.
Dicitur vltimo in somno ppter phantasticas apparitiō
nes que sunt in vigilando

Notandū. Triplex ē apparitiō in som
no. vna est debilis in principio
dormitiōis sicut cū aliq incipit dormire tūc adhuc
debiliter pcpit candelam ardentē. z hoiem loquerē siue
p sensui interiorē siue exteriorē. Et talis apparitiō nō ē som
niu cū non sit apparitiō phantastica. Alia est apparitiō p
intellectū qn aliqz dormiendo syllogizat. z talis iterum
nō est somniu. qz nō est apparitiō phantastica cū non sit
pūm sensui. Tertia est apparitiō q fit p spēs reserua
tas in phantasia representatas sensui cōi. et illa est duplex
qz quedā fit vigilando vt illa q fit ppter frenesim ppter et
more vel ppter aliquā silem passionē et illa nō est somniu
Alia fit dormiendo de q lo qtur definitio z ista ē somniu.

Ar. Phantasma est spēs reseruata in phantasia.
scz somniu nō est talis spēs. cū sit operatio sen
sus cōis. ergo nō erit phantasma. Dm q phantasma
capitur dupliciter. vno modo pro similitudine vel simu
latro reseruato in sensui interiori et sic somniu nō est phā
tasma. Alio mō capitur p apparitiōe facta p spēm res
eruata in phantasia. et sic somniu est phantasma. vt dicit
definitio somnij

Ar. In vigilantibz ita bene reseruatur spēs sensibi
les sicut in dormientibz. ergo videtur q som

nia ita bene deberent apparere vigilantibz sicut dormien
tibz. Dm negando psequer. qz fortis motus fac
ti in vigilia in sensibilibz exterioribz impedit paruos mo
tus interiores a quibz causaret somniu. scz istud ipedimē
tum nō est in somno. Et qn dicitur hoies melancholici
vigilando sepe dicit se vidisse multa terribilia et silt fire
netici. ergo videtur q vigilantando somniant. Dm q li
cet iste apparitiōes sint phantastice. tamē qz nō sunt facte
dormiendo ideo nō dicuntur somnia.

Ar. Si somnia solū apparet dormientibz. vel
ergo sp apparet. aut aliq et aliq nō. Nō
pūm qz nō apparet somnia in principio dormitiōis.
Nec secundū. qz nō est assignāda ratio quare in vno som
no fiant somnia et non in alio. qz semp reseruatur spēs
in phantasia q pnt mouere pūm sensui. Dm q
somnia nō semp apparet dormientibz scz aliq et aliq nō
cuius diuersitatis causa pēz ex textu vltimo exposito

Tertius tractatus

De diuinatione aut vero que i somnijs
fit et dicitur accidere a sonijs: neq; cō

tēnere ydoneū. neq; suaderi. Nam qd

omnes quidē vel plures existimant habere ali
quam significationem somnia prestat fide tam
quam ab experientia dictum. et qd de quibusdā
fit diuination in somnijs non est incredibile (bz
em aliquā rationem) ideo et de alijs somnijs si
militer vtiq quis arbitrabitur. Nullam ve
ro rationabilem causā videre secundū quā vti
que fiat hoc decredere facit. nam deum quidē
esse immittentē cū aliqua irrationabilitate et
nō optimis z prudētissimis sed quibuslibet im
mittere iconueniens. ablata vero que a deo cau
sa nulla aliarū conueniens esse videtur causa
De his que sectus herculas columnas et que
in horistene preuidere aliqua supra nostrā vide
tur esse prudentiam inuenire originem horum
Iste terti⁹ z vltim⁹ tractat⁹ ist⁹ libri in q postqz deter
minauit de somno et somnijs qd accidit in somno. Nec
psequer determinat de pūsiōe siue pgnitiōe futuroz
que fit p somnia q dē pūsiō diuinatiō dē. Et pmo. ppo
nit vnā dubitatiōem. Dicens q de diuinatiōe q fit in som
nijs. z q dē accidere a somnis nō est idoneū seu pueniens
ptēnere. id est nullo modo determinare neq; conueniens
suaderi. id est determinare de hmoi diuinatione que fit
p somnia. Pūm scz q nō oportet premnere diuinatiōes
pbat dupliciter. Pūm qz oēs vel plures existimant som
nia habere aliquā pcarōem. et istud pstat fidem scz q fiat
diuinatiō p somnia tāq sit dictū ab experientia. qz nō est
hō q nō viderit somniu fcarū alic⁹ futuri vt dē. Cōmē

Secūdo. pbat qz non est incredibile q fiat diuinatiō
in somnijs p aliqua somnia qz hoc habet aliquā rationē
vt pater ex immediate dictis. ergo similiter arbitrandū
erit de alijs somnijs. Tūc ibi. Nullam vero rationa
bilem. Probat oppositiū scz q suaderi et determinare de
diuinatione q fit per somnia nō sit idoneū. Dices q qā
nulla nobis apparet causa rōnabilis fm quā fiat diuina
tiō p somnia. ideo hoc facit nos decredere esse diuinatiō

Solut qstioes
prie motas

p^a
p^a apparitiō
39
42

et hoc est futurum id est natum euenire. quia non omne quod natum est euenire erit. Verum est tamen quod talia a quibus nata sunt. puenire futura sunt principia futurorum a quibus tamen principia ipsa futura non sunt perfecta. et ergo talia nata sunt esse signa aliquorum que non fiunt.

De his vero somniis que non huiusmodi habent origines sed dilatationes vel temporibus vel locis. vel magnitudinibus. vel horum quidem nihil non tam habentibus in seipsis principia qui vident somnia nisi per visum fiat ab accidentetale utique erit magis quam ut dicit Democritus ydola et defluxiones causans. quemadmodum enim cum quis mouet aquam vel aerem hoc aliud mouit et quod ascendente illo accidit huiusmodi motum perire visus ad aliquod illud quod mouit non presente sic nihil prohibet motum aliquem et sensum pertinere ad animas somniantes a quibus ille idola facit et defluxiones et quasque contingit principia magis sensibiles esse nocte eo quod que in die deferuntur dissoluntur magis. Plus enim sine turbatione aer noctis eo quod silentiores sunt noctes et in corpore facere sensum propter somnum. Ideo et paruos motus intrinsecus sentire dormientes magis quam vigilantes. hi vero motus phantasmata faciunt ex quibus preuident futura de huiusmodi

Ista est secunda pars principalis huius capituli in qua philosophus determinat de somniis que non accipiunt origines ex nobis. Et circa hoc tria facit. primo ostendit a quibus talia somnia fiant. Secundo ostendit quibus hominibus talia maxime fiant. ibi. Et ideo accidit. Tertio ostendit quod sit optimus interpretis istorum somniorum ibi. Artificiosissimus autem. Dicit ergo primo quod de illis somniis que non habent originem ex nobis. sed causantur a rebus distantibus tempore vel loco vel magnitudine sicut somnia de bello troiano. de his que fiunt in principio orientis. vel etiam dato quod non causentur ab aliquo sic distante. sed tamen non habeant originem in nobis nisi per accidens et magis quam alia dicendum est similiter sicut Democritus faciens causam somniorum defluxiones et idola pergradientia a corpore celi visus ad imaginatorem dormientis a quibus dicebat fieri somnia. sic etiam secundum Arestorem. habitudo et influentia celestis deferunt visus ad corpus somniantis plume autem per aliquod vehiculum corporeum et ipsum alterat et ipsum corpus alteratur ulterius alterat phantasia phantasia autem sic excitata et aliquo motu sic existente in ipsa virtute influentie fortis sibi aliquod phantasma similitudinis illi influentie quo potest et facto deferri ad sensum eodem. et fit somnium per quod pringit diuinare futura. et istud est rationabile. quod sicut cum quis aliquis est in passione tunc somniat. sic etiam cum aliquis immutatur ab influentia celesti et istud est rationabilius quod influentia est maioris virtutis quam passio. Et istud modum declarat philosophus. quod sicut cum aliquis mouet aere aut aqua et hoc scilicet aer vel aqua mota mouet aliud etiam quiescentem illo quod primo mouit. quod pringit homini motum prede

re ad aliquod distans non preter illo quod primo mouit. sic etiam in proposito. nihil prohibet aliquem motum et sensum. id est idolum potenter imutare sensum et defluxiones. predece ab ipso celo visus ad animas somniantes a quibus moribus ipsa anima somniantis fecit idola que sunt principia somniorum per que diuinant futura. et homini somnia magis fiunt in nocte quam die. quod illi motus et influxiones facit a celoin corpus magis apparere in nocte quam in die. Et etiam magis pringunt ad corpus et animam somniantes quod in die propter turbationem aeris magis dissoluntur. noctes enim sunt silentiores diebus et in maiori tranquillitate. etiam in nocte quam sensus exteriores sunt ligati tunc motus celi magis possunt excitare phantasia et ergo dormientes etiam magis possunt percipere paruos motus existentes interius quam vigilantes. Et ab istis motibus influxis a celo anima format sibi phantasmata ex quibus fiunt somnia. per quod pringit diuinare futura de rebus que paulo accidunt.

Et ideo accidit passio hec quibuslibet et non prudentissimis in die enim utique fierent et sapientibus si deus esset immittens. sic autem verisimile quouslibet preuident. nam intelligentia hominum non est curis affecta sed tanquam deserta et vacua ab omnibus et mota secundum mouens ducitur. Et quod quidam extatici preuident causa est quoniam proprii motus non infestant sed longe prouiciuntur. extraneos ergo maxime sentiunt quodam autem recte somniantes esse et notos de notis maxime preuident. accidit eo quod notis maxime per seinnice solliciti sunt. quemadmodum perculentes maxime cognoscunt et sentiunt sic et motus notiorum enim notiores sunt motus. metancolici autem propter vehementiam iacentes longe bene colecrant et propter permutationem cito habitum imaginantur. quemadmodum enim philetydi poemata et qui furiosi sunt habita similia dicuntur intelligunt veluti venerunt et verum. et sic copulant ad id quod longe. Amplius autem propter vehementiam non repellunt eorum motus ab alio motu.

Hic secundo persequitur declarat quod predicta somnia maxime accidunt tribus generibus hominum primo quibuslibet id est fatuis et non prudentissimis. Ex quo sequitur quod non imittuntur a deo. quod si imitterentur a deo tunc fierent de die et non de nocte. et magis sapientibus quam fatuis cuius prius pringit. quod verisimile est quouslibet id est fatuos prouidere. id est somniantes magis quam prudentes. Cuius ratio est quod intelligitur illorum fatuorum non est affecta curis. sed sicut deserta et vacua ab omnibus actionibus intellectus. et ideo anima ipsorum mota ab influxione corporis celestis ducitur secundum mouens id est secundum imperium mouentis. Secundo somnia quibus prouident futura maxime apparent extaticis. id est extasim passis. causa est quod istos motus proprii non infestant sed longe prouiciunt ab ipsis et ergo maxime sentiunt apparitionem motuum exteriorum. Et addit philosophus quod quosdam accidit recte somniantes talia somnia quibus conuenit preuident de notis. quod notis et amici maxime sunt solliciti per seinnice. Et quod quidam autem amici perculentes maxime cognoscunt et sentiunt se et frequenter

et cogitāt de se ipsis sic etiā motus ipsorū sunt tales q̄ per ipsos maxime veniūt in cognitionem amicorū et illi motus sunt magis notī eo q̄ notiorū notiores sūt motus Tercio ipsis melancholicis maxime apparēt somnia q̄ ipsi propter vehementiam impressionis i sua imaginatione quasi longe iacentes sua phantasmata et proprios motus recte piecant. i. recte somniāt. Etiam melancholici ppter pmutationem phantasmarum et ppter velocem discursus de phantasmate in phantasma cito imaginant ex vno phantasmate phantasma habitu id est psequens. sicut in simili accidit in poematib. quia poete ex vno simili statim accipiunt aliud simile. sic etiā furiosi faciunt qui ex vno simili statim dicūt et intelligūt habita illi filii id est psequētia illud sicut exvenere statim i telligunt verem et ex vere intelligunt q̄dam aliud. z sic copulant ad id q̄d est longe ppter vehementiam impres- sionis phantasmarum. etiam in melancholicis motus phantasmarū existens in ipsis non repellitur ab alio mo- tu Et iō ex vno motu multum possunt somniare.

Artificiosissimus autē est iudex somniorum qui potest similitudines inspicere recte em som- nia iudicare cuiusq̄ est. Dico at similitudines qm̄ silia accidunt phantasmata eis q̄ in aqs sunt idolis sicut et pus diximus Ibi vero si multus motus nō silia sit apparitio et ydola veris prop- tus vero erit emphases iudicare. utiq̄ qui po- test cito inspicere et sentire dissipata et distorta ydolorū qm̄ hec est hominis vel eq̄ aut cuiuscū- q̄ et ibi. Itaq̄ aliquid potest similiter somniū hoc **Motus em̄ impedit rectū soniū** Quid quidē igitur est sonus et somniū et propter quā causā utrūq̄ horū sit amplius aut et de ea que in somnijs et divinatōe dictū est

Nic tertio ostendit quis sit optimus interpres som- niorum. Dicens q̄ artificiosissimus interpres et ius- dex somniorum est ille. qui potest similitudines inspicere. id ē cōsiderare diuersas similitudines vñ idola in rebz q̄ dlibet talis potest iudicare recte somnia. q̄ iudicat de talibz sicut eueniūt. et hoc phs declarat in fili dicens. q̄ similitudines z phantasmata q̄ accidunt in somnijs sunt filies idolis que apparent in aqua sicut prius dictum est. Sed si in aqua fiat multus motus tunc nō fit apparitio similis veris rebz sed sūt idola distorta. sic etiam in som- nijs aliquando fiunt distorta somnia. quia motus impe- dit rectum somnium. Qui ergo potest cito inspicere et sentire. emphases. id est similitudines et dissipata aut distorta idola facta in aqua et dicere q̄ hoc sit idolorū ho- minis. illud vero equi. Ille etiā statim p̄t percipere q̄ tale somniū et talis similitudo distorta iam p̄is in som- nio ducit in talem p̄stellorem. et vterius q̄ talis p̄stel- latio ducit in talem effectum. et talis est optimus inter- pres somniorū Finaliter ibi. Quid quidē igit. ep̄i logat de somno et somnio Dicens. q̄d sit somnus z som- nium. et ppter quā cām utrūq̄ eorū accidat. et etiam de divinatōne que accidit in somnijs et p somnia dictū est.

Querit Utrū divinatō futurorū per somnia sit possibilis et licita **Ordin** ad p̄i

mū q̄ sic. et hoc relinquitur sufficienter pbatum ex his que dicta sunt circa principium hui⁹ capituli Quia phs ibidem d̄t. q̄ oēs aut plures dicūt q̄ somnia habent ali- quā fcatōnem. et hoc prestat aliquam fidem tanquā sic dictum ab experientia. et hūc p̄cordat Cōmentator: tūz dicit q̄ famosum et cōmune dictum nō est in toto falsum et in septimo ethicozū d̄t phs. q̄ fama quā multi populi famāt non oīno deperdit. Etiam d̄t cōmentator: q̄ qui negat divinatōem q̄ fit p somnia. negat exp̄ta et sensata. quia sicut idem d̄t nō est homo qui nō viderit somnium alicuius futuri fcatm̄. Est tamen verum q̄ divinatō siue p̄visio futurorū per somnia est multū difficilis. cu- ius signū est diuersitas opinionū circa ipsa. quia diuersi- tas opinionū de aliquo attestatur illi⁹ difficultatem Tū multi phoz. dixerūt h̄mōi p̄gnitōem esse immittaz in es- diare a deo. vel ab aliqua substantia diuina. Tūc diuer- simode. sicut Socrates Apulegius Plato Auicenna et etiam Cōmentator. Socrates em̄ et Apulegius volue- runt q̄ eēt nobis a deo imissa et addiderūt suis dictis illam cognitionem esse valde nobilem. ita q̄ inuider nos- bis ipsam de⁹ et iō eā nobis imittit sub metaphoris sili- tudinem habentibus cū rebz fiendis siue futuris. h̄ istud vltimū est specialiter falsum. q̄ diuinū nō inuider. sicut dicitur primo metaphisice. et ergo inuidia est lōge a deo relegata. sed Auicenna voluit q̄ imittat nobis a substā- tia imateriali que est morrix in sphaera actioz et passio- rum quā vocauit datōre formatū. Dixit em̄ q̄ talis in- telligentia imprimat in animas dormientiaz aliq̄s simi- litudines ex quibus fiunt somnia p que contingit diuis- nare de futuris. et istud dixit maxime cōtingere hominibz ab abstractis a curis mūdānis et p̄formiter dicit cōmenta- tor in suo libello de somno q̄ largitio huius p̄gnitionis est nobilissima z fit a re diuina. et subdit q̄ intellectus separatus a materia sit huius cognitionis largitor. Pla- to etiam dixit h̄mōi p̄gnitionem fieri a substantia immā- teriali q̄ demones infra orbem lune quos dicebat impi- mere in animas hominū similitudines futurorū. Sz oēs iste sine sunt cōtra intentionem phs. pbat em̄ phs in oēs- rauo phisicoz vt videtur q̄ omnis nouitas que p̄tingit in istis inferioribz reducatur in motum celi et mediante illo in substantias separatas. et sic intentio eius videtur esse. q̄ nulla substantia imaterialis influat in aliquod isto- rum inferiorum nisi mediante motu celi. sed q̄ phs in hac parte sit intelligendus patet in alijs locis q̄ hic cru- dus intellect⁹ tradit theologis et vere philosophan- tium principijs. Sed q̄ sit licita p̄z. q̄ fm̄ Aresto. inni- titur causis naturalibz p quas licitum est rimari futu- ro effectus et rerum euentus.

Notandū Sz fm̄ intentionem phs du- plicia sunt somnia. quedaz em̄ sunt somnia que immediate accipiunt originem ex nos- bis. et hoc tam ex pte corporis q̄ anime. Et illi sunt in triplici d̄na. quia quedam sunt sicut cause et quedam sicut signa et quedam sicut accidentia futurorū. Et his que sunt causa vel signa futurorū contingit p̄videre futura. nec hoc est difficile. q̄ fm̄ doctore sanctus mens alicuius sollicita ex his que videt in somnijs inducitur ad aliquid faciendum vel vitandum. Similiter etiā som- nia que sunt signa reducuntur in cōmunem causam som- nijs et futuris euentibz et ergo frequenter ex eis fit p̄gni- tio futurorū. Si quis em̄ patiatur aliquam passionē

anime aut corpus tunc somniet. vt si colericus somniet le
esse in igne. 2 sic de alijs. **Ex** talibz p̄t p̄uideri de futuris.
Et ideo sapientes medici vultent ostendere somnia. sed in
somnia que sunt accidia nō p̄tingit p̄uideri futura quia
hōmī somnia habent se p̄ accidia ad futuroz euentus. vt in
quit doctor. 2 i quādoqz simul p̄currant hoc erit casuale.
Et q̄ somnia vt in pluribz sunt accidia. ideo vt in pluri
bus fallit. Aliis sunt somnia que accipiūt originē ex influ
entia 2 habitudine celesti que ad nos deferunt nō immedī
ate. sed p̄ lumen vel aliquod corporale vehiculum q̄d alte
rat corpus nostrū. quo alterato alteratur phantasia 2 exci
tatur. tūc format phantasma simile huic influentie. ex q̄
phantasmate fit somniū. **E**t de phs q̄ ille qui scit p̄sides
rare in quā influentiā talis similitudo ducit 2 que p̄stel
laris 2 que effectū nara fit p̄ducere. talis est bonus inter
pres somnioz de futuris p̄ talia somnia

Añ. **U**idet q̄ cognitio futuroꝝ sit nobis a deo im
missa. qz hoc sonat vocabulum. dicit̄ em̄ diuina
rio. quasi diuinitus siue a deo data. Enam̄ d̄ **Z**uicenna
q̄ interpres somnioruꝝ sit homo diuinus maxime a curis
humanis abstractus. **D**icendū q̄ illa p̄fuso futuro
rum non d̄ diuinatio quasi sit fm̄ veritatem ⁊ necessario.
vel semp̄ immediate a deo data. sed quia plures p̄fhoruꝝ
dixerūt eam̄ sit esse daram ab aliqua substantia diuina vel
qz maxime datur hominibz diuinis. sed isti errauerunt a
via **B**retholietis. **E**t d̄ notār̄. necessario vel semp̄. quia
fm̄ theologos non negat qm̄ cā diuinitatis sit quādoqz
a deo q̄ qñqz ministerio angeloruꝝ hominibz aliqua reuelat
in somniis. **H**oc etiam apparitiōe demonū fieri p̄ his q̄
cum eis habent pacta illicita vt d̄ sanctus **T**homas cla
re in secūda secūde.

Ar. Nullum agens imprimis in aliquo passo suam formā nisi cōmunicet cum eo in materia. sicut pars in pmo de generatōe. sed anima humana nō cōmunicat cum corpore celesti in materia. cum ipsa sit immaterialis. ergo &c. ¶ **Q**uidendum q̄ maior est vera loquēdo de forma p^{ri}mo illud esse qd̄ habet in agente. sed influenza celestis non habet idem esse in celo et in istis inferioribz. Et ideo ad hoc q̄ celum influat istis inferioribus non opozt q̄ eis eis vltre cōmunicet in materia saltem eiusdē rōnis

Ad Diuinitio que fit p somnia videt esse illicita ⁊ in
sacra scriptura pphibita. fm q dicitur Deuteronomij
decimocetesimo. Nō inuenitur in te qui obseruat somnia
igitur etc. ¶ Quidm fm doc. sanctum q si quis vratur
somnia ad prognoscendū futura fm q procedūt ex reuel
latione diuina. vel ex causa naturali siue intrinseca siue ex
trinseca ad qm virtus talis se potest extendere. tūc talis
diuinitio nō erit illicita. Si āt huiusmodi diuinitio cau
setur ex reuelatione demonum cum quibz pacta habent ex
pressa. qz ad hoc inuocantur. vel tacita. qz huiusmodi di
uinitio extenditur ad quod nō potest se extendere ⁊ est il
licita ⁊ superstitiosa. a qua superstitione diuinitatua prefer
ret nos omnipotentes deus qui phibet cōsultare phrones ⁊
diuina suscipientes in secula seculor. benedic⁹ Amen.

Finitur liber de somno et vigilia.

.U. .E.

Sequitur liber de lon
gitudine ⁊ breuitate vite.

Heutdicit

phus in ultimo capitu
lo in libro de partibus
animalū. substantiarū
quecūq; natura p̄stāt
he quidem permanent
eēde numero toto etno
he autēz non sunt eēde
numero toto eterno p̄
manentes. Eēdem nu
mero toto eterno rema
nentes sunt ille que nō

habent materiam que sit in potentia ad esse ⁊ non esse. sicut sunt res ingenerabiles ⁊ incorruptibiles. Sed toto re-
pote infinito nō remanentes eadem sunt iste que talem ha-
bent materiam. cuiusmodi sunt substantie generabiles ⁊
corruptibiles. Et quia vita generabilium ⁊ corruptibilium
mensuratur certa periodo. vt dicitur secūdo de gene-
ratione. nec ē eadē periodus omnib⁹ istis. sed quib⁹dam
maior. alijs vero minor. Nam ⁊ vt sensum part⁹) quorū
dam animalia sunt lōgioris vite q̄ alia. alia autē breuioris
sunt. sicut homo est longevius respectu equi. ⁊ equus respec-
tu canis. Ideo necesse est esse quōdam scientias que vni-
cuiq⁹ tribuerent certam periodum vite quam phis tractat
in hoc libro. Est enī intentio phi in hac scientia deter-
minare de longitudine ⁊ breuitate vite. ⁊ de causis illarū.
¶ Pro cuius facilitati introductione Queritur vtrum
de longitudine ⁊ breuitate vite sit scia naturalis ab alijs
distincta. et precipue ab hystoria de anima ¶ Vñ ad
primum q̄ sic. qz longitudo ⁊ breuitas vite sunt quidam
effectus ad sensum manifesti quozum cause sunt ex isto li-
bro manifeste. ⁊ ergo possunt accipi ad demonstrandum
illos effectus. qua quidem demonstratione in nobis gene-
ratur scientia fm q̄ dicitur primo posteriozum. scire est q̄
demonstrationem intelligere. ¶ Ad secūdum dicendum
q̄ ad naturalem pertinet considerare de causis longitudi-
nis ⁊ breuitatis vite. eus ille sint naturales. quia fm Lō-
mentarium longitudinis ⁊ breuitatis moris ⁊ vite som-
ni ⁊ vigilie non sunt alie cause q̄ qualitates prime ⁊ earū
dispositiones. sed ad naturalem pertinet considerare hui-
usmodi qualitates primas ⁊ earum pporiones. ¶ Ad
tercium dicitur. q̄ de longitudine ⁊ breuitate vite deter-
et scientia distincta ab hystoria de anima. qz in libro de aia de-
terminatur de anima absolute. ⁊ de his que ipsam conse-
quuntur ratione vniuersali. Sicut sunt nutrire generare ⁊ re-
liqua talia. Nam ibi non consideratur de corpore nisi in q̄-
tum materia anime. quē enī considerat formam oportet
q̄ considerat materiam vsq⁹ ad aliquid. vt dicit secūdo phy-
sicorū. Sed quia longitudo ⁊ breuitas vite sunt quedam
pprietates que consequuntur totum corpus animatum. Iste
cer principaliter ratione corporis. quia cause illarū pro-
prietatum scz qualitates prime tenent se ex parte corporis
ideo conuenienter ista scientia est ab hystoria de anima et
alioq⁹ distincta. cū p memorate pprietates non sint in alijs
partib⁹ phi inuestigare.

Arguitur. Scientia est de necessarijs
ut dicitur primo posterioruz
sed longitudo ⁊ breuitas vite non sunt necessarie. q̃ sunt
passiones generabilium ⁊ corruptibilium. ergo &c
Sendum q̃ licet longitudo ⁊ breuitas vite in particulari